



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 49. Rabani initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

Sæculum IX. bant Episcopi, quia homicidas ad solven-  
A. C. 822. das mulætas pecuniarias a potestate la-  
 culari compelli oportebat.

Id igitur ipsis anno octingentesimo  
 vigesimo secundo concessum, tuncque  
 iidem Articuli, quantum spectat ad mul-  
 etas pecuniarias sine mentione pœni-  
 tentiæ Canonicæ, renovati. Et addidit  
 Imperator: *Si quis huic Decreto non  
 obediatur, non tantum Sententiæ Cano-  
 nicæ subjaceat, sed etiam Beneficium*  
*(id est Feudum) in Regno nostro tene-  
 re non possit, & ejus Allodialia (id est  
 Bona propria) Fisco nostro addicantur.*  
*In carcere detineatur, usque dum Eccle-  
 siæ præceptis satisfecerit.* Proceribus  
 hoc Decretum approbantibus, & sub-  
 scribentibus, Ecclesiastici Hymno *Tu  
 Deum Laudamus &c.* decantato Deo  
 Gratias egerunt.

### §. XLIX.

#### *Rabani initia.*

*Mabill. Att.* Sancto Eigilo Abbatे Fuldenſi fatis fun-  
 to. 6. p. 20. *eto successit Rabanus, natus Mogun-*  
*tiae anno circiter septingentesimo septua-*  
*gesimo sexto, a prima ætate Monasterii*  
*Fuldenſis Alumnus. Anno octingente-*  
*simo primo Diaconus ordinatur, & an-*  
*no sequente ab Abbatे suo cum alio*  
*Monacho, nomine Hattone, Turonem*  
*mittitur, ut liberalibus Disciplinis & S.*  
*Scri-*

Scripturæ scientia imbueretur Præcepto-Sæculum IX:  
re Alcuino, qui Rabanum cognomento A.C. 822.

Maurum appellavit pro more virorum  
eruditorum illius ætatis, nomini suo bar-  
baro nomen latinum conjungentium.  
Rabanus Turone redux præfuit Scholæ  
Fuldensi illo ævo celebratissimæ. Bi-  
bliothecam locupletem habebat Schola  
illa, ex qua Doctores celebres in totum  
orbem Christianum prodierunt; nam  
inter Rabani Discipulos memoratu  
digniores sunt Walafridus Strabus, postea  
Abbas Augiæ divitis, Lupus, postea Ab-  
bas Ferrarensis, Rudolphus, qui Magi-  
stri sui vitam scripsit, Odfridus Presby-  
ter & Monachus Weissenburgensis pro-  
pe Spiram, qui Evangelia in Linguam  
Teutonicam transtulit. Rabanus Pres-  
byter ordinatus anno octingentesimo de-  
cimo quarto factus est particeps perse-  
cutionis, quam Monachi Fuldenses sub  
aspero Abate Ratgaro passi sunt, quip-  
pe ille, quod erat Rabano carissimum,  
nempe libros, subtraxit & commentarios  
ab ipso conscriptos ad juvandam memo-  
riam & ea quæ a Magistris audierat, fa-  
cilius retinenda. Inter illas turbas pro- *Sup. n. 33.*  
fectionem ad Terram Sanctam suscepis-  
se creditur. Pace sub Abate Eigilo  
redeunte, Rabanus iterum munus docen-  
di subiit. Tum Eigilo defuncto Abbas  
Fuldensis elititur, quod Monasterium

**Sæculum IX.** annos viginti rexit. Tunc illa Congre-  
A.C. 822. gatio centum quinquaginta Monachos  
 numerabat, nec alio unquam tempore  
 magis floruit. Rabanus maxima solici-  
 tudine Regularem Disciplinam custodi-  
 vit, plures ædificavit Ecclesiæ, & ma-  
 gnam Reliquiarum vim Roma afferri cu-  
 ravit, quod tanti momenti res visa est,  
 ut Rudolphus nihil ferme aliud in ejus  
 vita enarret. Rabanum Reges & Impe-  
 ratores maximi æstimarunt, unde factum,  
 quod rem œconomicam Monasterii plu-  
 rimum auxerit. Tandem litterarum  
 studia egregie coluit, & Abbas electus  
 aliis quidem, uti Candido Monacho, pro-  
 vinciam docendi artes liberales injunxit,  
 at munus explicandi Sacram Scripturam  
 sibi reservavit.

## §. L.

*Corbeja nova fundatur.*

**C**orbeja nova quoque illo circiter tem-  
 pore in Saxonia fundata multorum  
 magnorum Virorum & Sanctorum Epis-  
 coporum Seminarium fuit. Caroli Ma-  
 gni perspicacitatem non effugerat, ad  
 Religionem Christianam in illa provin-  
 cia bello subacta stabiliendam necessa-  
 rio fundanda esse Monasteria, atque eo  
 consilio multos de Gente Saxonum ado-  
 lescentes in plures Abbatias Franciæ mi-  
 serat sub Disciplina Regulari educandos,  
 præser-